



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

67 Mortem propinquorum, & amicorum non esse flendam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

nes interim, quandoque subridendo, genas laniando, & brachia nudando, ut etiam antiquis, & ethnicorum temporibus fieri solebat, qui ita mortuos lugerant, quasi animæ cum corporibus moriantur, & desperata sit omnis futuræ salutis expectatio, pectora rudent, ululatus, vocibusque nefandis aures omnium implent, Card. Paleotr. in *Archiepiscop. Bononien par. 3. in monit. habent. in funer. exempt. 1.* quæ in antiqua præsertim lege prohibentur, *Levit. cap. 19.* ubi per

63 Moysen ¶ inquit Dominus, super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas aut stemmata facietis vobis, ut in *Deuteron. cap. 14.* non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo.

64 Et apud Christianos ¶ ijs Christianæ pietatis officijs maximè repugnant, quæ debentur propinquis, & amicis, qui sic Deo volente, in cuius manu est vita, & mors, ab hac vita ad aliam migrarunt, ubi bonorum operum suorum præmia reportabunt. De immoderato huiusmodi mœnore intelligit ¶ Paulus Apostolus, dum, inquit, nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut, & cæteri, qui spem non habent, ad *Thessalon. c. 4.* Illud magis execrandum, quod fit à nonnullis, qui viros, & mulieres ad lamentabilem flatum, super funus pecunia conducunt, qui circa cadaver plorantes defuncti vitam alioqui, dum viveret forte peruersam, & impiam factaque collaudent. Ideo Divus Cyprianus: ¶ nobis, inquit, sæpè relatum est, fratres nostros non esse lugendos accensione Dominica de seculo liberatos, cum

65 sciamus, non eos amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, ut proficiscentes,

desiderari eos debere non plangi, neque accipiendas esse hic atras vestes, quando illi ibi indumenta alba jam sumpserint, occasionem dandam non esse gentibus, ut nos meritò, ac jure reprehendant, quod, quos vivere apud Deum dicimus, & extinctos, ac perditos lugemus, unde fratres defunctos lugeri, ac plangi omninò prohibet, ut in *serm. de mortalit. & cap. quem præposterum, 13, q. 2.* præterea ¶ lugere, ac deplorare, ac lamentari eos qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit, D. Ioan. Chryostom. *Homil. 26. cap. 11.* Epist. ad Hebr. *dicto cap. ubicumque sepeliantur, eadem quest. 2.* In quo turpe esset omninò, Christianos lumine cœlesti illustratos, ac de carnis resurrectione certissimos ab ethnicis aliquibus superari, qui tanto animi robore, tantaque fortitudine, obitum suorum sustinuisse leguntur, ut nec cultum quidem, aut vestem mutarint, vel affectum aliquè ostenderint, tantum abest, ut vis fuerint muliebriter lacrymari, Val. Maxim. *lib. 5. cap. 10.* de Thaletis Milesij fortasse edocti sententia, ¶ qui dicebat, mortem non esse stendam, cum inter vitam, & mortem nil intersit, cum utraque res æquè secundum naturam esset, nec mortem malam magis esse, quam nativitatem, Bruson. *lib. 7. c. 24.* eadem tenebant, stetum nil ad mortuos prodesse. Unde Solon, cum filium lugeret sibi defunctum, dicenti cuidam, ut luctui parceret, cum nihil proficeret, & propterea hoc inquit lacrymor, quia nihil proficio, Idem Bruson. *lib. 4. cap. 10.*

69 Cæterum ¶ non esse dolendam, propinquorum, & amicorum mortem à Domino admonemur, dum viduæ illi

Naim